

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

15. De laude Puerorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

nes, quas Græci vocant προσφυγατα, quales sunt principum virorum salutations.

**Sense & sua** Eisdem à veteribus usurpatas restatur illa **seria prima** celebris Atheniensum oratio ad M. Antonium, Antonij le vel potius adulatio, quæ egregie reprehensa pidiū fācti, & castigata. Nam cum Antonius velleret se Liberum patrem dici, & hoc nomen statuī subscrībi iuberet, habitu quoque, & comitatu Liberum imitaretur, occurrerunt venienti ei Athenienses cum coniugib⁹, & liberis, & diuersos salutauerunt. Bene illis cesserat si natus Atticus illi substitisset, dixerunt despondere ipsos in matronum Mineram suam, & rogauerunt, ut duceret. At Antonius ait daturum, sed dotis nomine imperare illis mille talenta. Tum ex Græciis quidem ait, Κόπι ἐπὶ Ζεύς μητρά σου Σεμέλην ἀπόρκεν τίχη. Demine, Iupiter matrem tuam Semelē sine deo te habuit. Huic quidem impune fuit: sed Atheniensium sponsalia mille talentis estimata sunt.

Hoc exemplo discant adulatores, quam sepe noxiū sit, apud Principes viros, hoc iudicissime afflictionis genere levius obgannire. Quod vero ad tractationem προσφυγατων attinet, antiquum illud Parystadis præceptum perutile memuisse oportebit, verba esse felicita deesse bysina, addo etiam paucā. Longum est let ire per singula, & eorum inceptias recensere, qui in ea re peccant frequentius: quoties ascendunt dicuntur, & dicenda prætermittuntur silentio, quoties ad gratiam conquisita laudes, vanæ & mendaces obrudantur, & qua personæ non magis conueniunt quam Pygmæo Colossi crepida. Quoties ipsa prolixitas occupatas aures enecat, que istas aggressiones magis quam prælii congressum formidant. Quamobrem sapienti, qui omis̄s̄ parergis, quod instat nauiter exequuntur. Tria autem huius ferme sermonis suæ capita

**Salutatio-** Primum, gratulari solet aduentum, atque **nu partes**, omnium de ea se conceptam significare latitudinem.

Secundum, rationes istius gratulationis reddit, à meritis consalutati principis, cuius laudes paucis quidem, sed summo delectu conquisitis sententis perstringuntur.

Tertium, vovet & dedicat mentes, animos, pectora, fortunas, spes, opes, & similia.

Nunc autem, quoniam trita res est omnium pene gentium linguis prolixioribus verbis abstinebo.

## De laude puerorum.

## CAPVT XV.

**V**T prima Solis Orientis crepuscula rideat blandius solent, sic & in pueris, in quibus vis pulcherrima nature pavlatim effervescit, virtutum teneritas delectat, & gratam dicendi materiam, si non adeo locupletem suis oratoribus fuggerit.

Neque enim mihi Themistius in suo Valentiniiano, neque Aristides in Eteoneo, incundum laudationis campum, aut desiderasse, aut cum obtigisset humiliiter tractasse iudicandi sunt.

Laudantur ferme pueri ab his capitibus. *Pueri quia A paterno, maternoq; genere, à similitudine bus capiti-patriarum virtutum, quam vivam & spiran-tus lau-tem in hac vite pictura exprimunt, à forma dantur corporis, & educatione. A pietate in Deum, obsequiis in parentes & præceptores. Ab in-genij acrimonia cum morum festinata, ser-monisq; affabilitate coniuncta: A pudore, inno-centia, integritate, castitia, eruditione & artibus, ceterisq; animi & corporis ornamentis: Denique à spe rerum maxima-rum; qua omnia authores illi in iis, quæ de puieris conseruerunt, encomiis laudissime prosequuntur. Et bene quidem Themistius in-cipit.*

*Διηγήσοιν δοκιμαστει ταῦτα φερεθεὶς οὐδα Βαλεντίνοις προσαγκων μᾶλλον τόχεσμι τὸ πρε-nianī pue-ροντος πότερον τὸ μέλον τὸ ὅρον εἰρον.*

O puer duorum inuictissimorum patrum fo-boles, haud satis liquet, quo pacto pro dignitate compellere, an ex præsenti, an etiam ex futuro te appellare debeam. Merit post genitris amplitudinem attingit educationem. Ετι δὲ εἰ αγκάλαις περιφερόμενος τούτη τοῖς πατέρεσσι, καὶ συστραγγέσσι, καὶ τρέφεσσι οὐδὲ διαλόμενοι καταχοιμίζειν, εὖδὲ δίμην πρωθάτωρ, καὶ μισθῶ αλατιπή περίσσω, καὶ τοῖς χειρῶι τοῖς σκυδίοις. Iam vero in vlnis gestatus adhuc in expeditio-nem cum patre proficiens, cum eo exerci-tum ducis, neque te in thalamis blandè som-nium concilians educat, nec adipe, ac medullis ouium, sed ad Istrum, atque in media Scytharum hyeme nutrit.

At vero Aristides, ut suo loco ostendam, priuatas virtutes magis prosequitur, Non  
PPP  
indi-

adisertē hoc argumentum attigit Odapius in Eubaldo.

Prima literarum rudimenta ex statula hau-  
fit, quæ vix cæteri loqui solent. Nemo totidem  
annorum non ab illo puer in omnibus rebus  
præteritus, nemo non relictus est. Itaque puer  
illis in studijs iam non pueriliter se gerere,  
spicique multo plus habere, & quam illa etas  
datet, videbatur.

Indole autem, atque facie ea fuit, ut iurares  
illos Veneris pueros Amores, quos Poetæ  
aiunt, Matri præsto esse, atque illudere, aliam  
oris formam genarum, oculorum, non habe-  
re. Docere puerum incipio, nihil eorum, quæ  
in alijs esse solent video in auctro. Non deli-  
ciorum villas illecebras, non prauos ad licen-  
tiam mores, non adiutam impunitate auda-  
ciam, non denique arrogantis fortunæ vllum  
in pueri animo expressum vestigium inspicio.  
Non molestiam, satietatemque dicendi, aut  
commorandi cum se natu maioribus: Nihil  
eorum in eo fuit; grata potius, expectendaque  
omnia, &c.

#### Laus animalium.

C A P V T X V I

**D**ixi copiosius de laude personæ; quia  
frequentius est hoc laudationis genus.  
Nunc propositum initio ordinem se-  
quutus, methodum, quam in laudandis ani-  
malibus seruant Tercaci, paucis expedio.

Laudantur animalia à pulepto, vili, & ne-  
cessario: sicut & res cætera. Hæc sunt enim  
prima laudationis fundamenta.

Capita erant, gens, parentes, robur, pul-  
chritudo, labor, agilitas, cantus, humani ser-  
monis imitatio, fidelitas, gratus animus, amor  
in dominos, prudentia, fortitudinis, tempe-  
rantia, & cæterarum virtutum adumbrata si-  
mulachra.

Exemplum habes in musca Læciani. Tanta  
enim industria persecutus est omnia, quæ de  
musca dici, aut cogitari possunt; ut vix aliud  
quisquam in hoc genere magis luculentum  
reperias.

Principio enim, quæcumque ad corporis hâ-  
bitum, compositionem membrorum, speciem,  
atque vsum pattium pertinent, exquiritur.  
Mox ad interiora progressus, prudentiam, for-  
titudinem, reminiscentiam, in eadem com-

mendat: ad summum vietus, & dñe ratio-  
nem. Nomen, genus, cognomines etiam puel-  
las ostendit. Et hæc quidem ex varijs historijs  
naturalis scriptoribus repetenda, eruditione,  
& eloquentie suavitate temperanda, quo in  
genere plurimum valent descriptiones: Non  
satis est enim oratori accepta ab historicis nu-  
de, & simpliciter cætiæ, sed prætexta quibus-  
dam artis lenocinij ornare decorum est. Ex-  
emplum subiectio in laude apum, & formicæ.

Exstat apud Quatilianum nobilis decla-  
matio, in qua pauper damni per iniuriam dati  
actionem intendit diuiti, quod eius apes ve-  
neno illitis floribus peremisset, vbi postquam  
suas narravit fortunas, de apibus multa, &  
præclara commemorat.

Eius Apum:

C A P V T X V I I

**C**ætera animalia videtur nihil naturæ, Ex Quat.  
vsiis nostris genuisse, hac etiam deli- declam.  
cijs, cum eo, quod in illis, quæ, vel scin-  
dendo solo, vel naturando itineri compara-  
mus, multis ante redditus insumitur labor, &  
cum perdomanda, cum alehra sint, nihil ta-  
men possunt sine homine, & tantum coacti  
prosunt.

Apes faciunt iniussæ fauos, sine villo ratio-  
nis humana ministerio, totus fructus vitro-  
venit. Adiace, quod cætera animalia, aut satis  
incurrunt, aut viribus nocent, priuinaque, vrsæ  
ma est, hostis causa pecudi fuit hæsa fruges.

Harum ita innoxius perprata, sylvasque  
discurrat labor, ut tantum factum opus appa- Apum pan-  
reat. Quæ satris digna persequar laude? Dicam  
animal quodammodo patrum hominis ex- um ho-  
emplar. Hochumana excogitare non potuit plar.  
solerter. Etiam ratio nostra, quæ sub tertis lu-  
crum inuenit, quæ maria inquisitione sua si-  
deribus immiscuit, hoc tamen efficere, conse-  
qui, imitari non potuit. Venena-potius inue-  
nimus.

Iam primum futura laudabilis vitæ digna-  
principia. Non illas libido progenerat, domi- Apum cas-  
trix omnium animalium Venus; utque ho- strum  
mines in excusationem sui fabulis tradide-  
runt, etiam Deorum posteritas, has regnis suis  
excepit: Abest inimica virtutum voluptas ca-  
sis sine labore corporibus. Solet omnium non e-  
duant fœtus, sed faciunt. Ipse paulatim fecit  
st.